

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

LXX. An ethicum seu honestum sit honorem principi vire habere,  
admonitione manus ad. os. Affirmatur esse

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

ter istud: *Solvat & est niger.* Ergo mortuo-  
mininò non sunt. Mors enim est omniū serum  
extremum, scilicet cœlium seu mundana-  
rum. Sed quid ad hoc respondendum? Tur- *Solit.*  
pitudo est maximè formidolosa probo & ju-  
sto viro. Ergo non mors. Resp. Concedes to-  
tum: Aristor. enim tantum vult, mortem es-  
se maximè formidolosam, ex iis rebus, quæ  
forti viro objiciuntur: ex iis item rebus, quæ  
extrinsecus inferuntur. Turpitudinis autem  
nostræ ipsi sumus causa & principium.

## LXX.

*An Ethicum seu honestum sit honorem principi viro  
habere, admonitione manus ad os. Affir-  
matur esse adiutorium.*

**M**ULTOS in salutandis potentibus aut  
in honore iis habendo videmus, ma-  
num ori admoveare. Quæritur ergo: sic  
nè hoc verè ἀπίκοι? Resp. Hoc neq; natura,  
neque lege scripta, sed tantum consuetudine,  
eaq; particulari, nempe aliquorum (quam sal-  
va civilitate nos possumus non sequi) καλὸν &  
honestum esse. Unde autem consuetudo hæc  
profecta sit, nimirum à veteribus, & quidem  
superstitionis gentibus, non malè conjiceret  
mihi videtur M. Antonius Muretus, cuius  
verba animi causa subjicio. Quod hodie in  
consuetudine positum est, ut in salutandis

Aa 3 poten-

potentibus, aut in honore eis habendo se-  
stram ipsi manum ori admovere soleamus: Id  
quaesitum est à me, num à veteribus quoque  
factitatum esset, an, ut alia pleraque, ita hoc  
quoque inepte adulandi genus servilia recentio-  
rum aulicorum ingenia excogitassem. Re-  
spondi eum morem, usque ab impia illa & ri-  
dicula veterum, qui multos Deos colebant,  
superstitione ductum ac propagatum videri.  
Solebant enim & illi, cùm aut fanum aliquod  
præterirent, aut lignum lapidemve aliquem  
aspicerent, in quo divinitatis aliquid esse ope-  
narentnr: (Neque enim villor illis tempori-  
bus ullius rei, quam Deorum annona erat:)  
manum ad os referre, & tenui mūmure illos  
ligneos aut lapideos Deos, ut sibi faverent,  
precari. Ovidius:

*Ecce lacu medio sacrorum nigra favilla,  
Ara vertex stabat tremulus circundata canvis.  
Restitit & pavido, faveas mihi, murmure dixit  
Dux meu: & simili, faveas mihi, murmure dixit.*

Apulejus *apologia*. Nam, ut audio, percen-  
tentibus iis qui istum novere, nulli Deo ad  
hoc ævi supplicavit: nullum tempus frequen-  
tavit: si fanum aliquod prætereat, nefas ha-  
beat adorandi gratia manum labris admovere.  
Minutius Felix in *Octavio*: Cæcilius si-  
mulacro Serapidis denotato, ut vulgus super-  
stiosus solet, manum ori admoyens oscu-  
lura